 riam. s. si contrarium forte facit. l. i. C. de offi. pfe-  
 urb. et quod ibi voluit Bar. et textum. in. c. per hoc de here-  
 lib. vi. et voluit do. De. in. c. tibi quod de huius. vide que  
 dixi in. c. studuisti. de off. leg. ubi multum eleganter  
 examinaui hanc materiam et ex eo quod dicitur de consuetu-  
 dine arguitur huius abbas antiquus pro hostibus de morte pe-  
 sulano quod sub rege non respondeat. s. sub episcopo. cum est quod in  
 regem et eos. quod sic diu fuit servatum. Nota ibi de pec-  
 cato quod ad papam spectat censura de peccato. et exponit  
 pet. censura. i. cohercō subaudi et cognitio de pecca-  
 to. et dicit de peccato. i. de violatōe pacis et iuramenti alii  
 de peccato de missio in regem anglie. Nota ibi quilibet quod  
 quilibet est subditus pape ratione peccati et dicit hosti. que-  
 libet directe si est in ecclesia si est extra ecclesiam indirecte. ii.  
 q. i. c. multi. c. de terris de deci. c. post miserabile de  
 vsur. Nota ibi non igitur hic probatur exemplo lege  
 et ratione quod papa potest cognoscere et quod rex debet in  
 hoc se submittere romane ecclesie super hoc in quo  
 est submissus velit nolit secundum Hosti. Nota ibi  
 iniuriosus quod nemini facit iniuriam qui utitur iure suo  
 c. cum ecclesia de elec. et ibi sunt concordantie. Nota  
 ibi eius valentianus arg. ab exemplo de sta. mon-  
 e. eius ad monasterium. §. prior quod imperator in specialibus  
 non solum est subiectus pape sed et episcopo loci. c. duo



11  
sunt. lxxxvi. dis. facit qd not. in. c. oēs d maior. z  
obe. z in. c. ois de peni. z remis. Ex qbus appet  
q et suo p̄f bitero parochiali subiectus est. Ex his  
p̄bendit z cognoscit excellētia dignitatis ecclie  
z sacerdotal ad regalē seclare ut nlls clic? q̄tus  
mim? sit subicūs impatori ut. c. cū nō ab hōie. s.  
eo. id dicit glo. in. d. c. duo sunt q nlla dignitas se  
cularis ē silis sacerdotio. facit. c. duo sūt genera  
rii. q. i. vbi sacerdotes sunt reges. facit. c. cmm ex  
iniūcto d hereti. ubi sacerdotes sunt dij. facit qd  
ibi uoluit do. Anto. z sic impr subdit se pape. er  
go mlto magis rex. z ad hoc quottidie allat iste  
tex. **No.** ibi hoies q hō exns in dignitate de  
linqns d̄ delinqre ut hō qd fac ad illō q statuēs  
liget suo statuto d quo not. in. c. ij. de q̄stitu. li. vj  
z in. c. i. d rap. z dicit Host. p hoc appere excellen  
tiā dignitatē sacerdotat. facit illō Valerij in lib.  
p̄io de religioe. religioi inquit cessit impiū. z dīc  
hic hoies. qz gñalit nō sine crīme uiuit. z clusit  
enī de? oia sub pctō ut dibus mīsef de pe. dis. i.  
si enī ingt. **No.** ibi necio q impr excōicari pōt  
a quocūqz epō in c? diocesi existit s̄z De. d anch.  
Eting. not. fm do. Lar. **No.** ibi medicamēta q  
p̄na d̄ medicamētū z bec medicamēta sunt d̄sa  
de pe. c. oēs. s. si qs. z qn medicamēta nō profunt  
ferro ignito op? ē. qz forte vuln? ē cārosus. i. q. i.  
c. reperiūtur fm Goff. z Host. facit illud Quidi  
anū. s̄z imedicabile vuln? ense recidendū ē ne ps  
sincera trahat. **No.** ibi ex gener forsan ex p̄sona  
m̄ris. Naz vt als dicit Host. papa ignorauit ori  
ginē istī? regis quē hic narrat. s̄z de eo pōt videri  
in speculo historiae li. xvij. c. iij. z sic ille d̄ de ge  
nere qui ē de stirpe. z v̄ hoc procedere ēt si proce  
dat ex p̄sona m̄ris. hoc tñ nō procedit. qz filij de  
noianf ex agnatōe p̄ris vt. l. exēplo. C. de d̄curio.  
li. x. facit. l. i. ff. de iure imuni. vbi appellatōe gene  
ris nō veniūt nati ex fesa. vide q̄ dixi in. c. raynu  
cius de testa. Et no. q q̄l̄bz p̄sumit scire scā z iun  
cti sui. l. octau. ff. vñ cogna. l. de tutela. C. de in in  
teg. resti. mfo. **Nota** ibi litē h̄ns. s. reus qz seq  
tur de actore ibi petitor de quo min? videbat cū  
fauorabiliores sint rei q̄ actores. l. fauorabilioz  
ff. de reg. iur. **Nota** triplicē partē litis exordij  
prosecutio z iusta. d̄ exordij an lit. contes. vel qn  
lis cōtestat curriculum decursis datis indutij ad  
deliberādus post lit. cōtest. perozafāt per allatōes  
**Nota** hic q in iudicio sc̄lari in quacūqz pte  
iudicij qs grauef recursus pōt h̄ri ad iudices ec  
clesiasticā qd est intelligē. vbi adest matia pcti.  
vel qn deficit index sc̄laris vel est caput pronucie  
Et p hoc dicit do. Anto. patere q vbi appellatur  
ad ecclesiā attendit qualitas tribunal iudicis ad  
quē z nō iudicis a quo vt possit appellari an sen  
tentiā. z ad hoc allat. c. l3 de foro cōpe. Ego ad  
do q do. Anto. in. c. qd clericis infra de fo. cōpe.  
dixit in foro ecciastico attēdit ius canonicū qn cās  
bz de p̄se. secus si accītaliter puta ex prorogatōe  
vel recōuentōe. qz tūc suabit lex fori naturalē cō  
nenti vel recōuenti. qz d3 attēdi cā naturalē z non  
accītalit in his q̄ p̄cernūt d̄cisioz litis. l. qui hē  
bat. ff. d̄ tute. c. reqsisti d̄ testa. allat Spec. in ti. d̄  
constit. s. i. vers. si vō. S̄z Specu. v̄ ibi sentit op  
positū. allat ēt. iij. q. viij. c. cui? in agēdo. z hosti.  
in sūma d̄ testa. vbi dicit q si laici litigāt coram

12  
iudice ecclastico ex iurisdictione prorogata iudica  
bit fm ius canonicū. qz p̄inde ē ac si h̄ret iurisdic  
tōz ordinariā sup eos. l. i. z. ij. ff. de iudi. de hoc  
dicit ibi qz passus ē dubitabilis. **Nota** ibi ad  
epoz iudiciū q gesta scā corā vno iudice faciūt fi  
dez corā alio ad quē h̄r recursus vel ad quē appl  
lat. facit. c. cām que de testi. vide glo. Ly. z bart.  
in. l. is apud quē. C. de eden. Bar. in. l. ij. ff. iudi.  
sol. z in. l. ij. C. de fruc. z lit. expen. z in. l. gesta. C.  
de re iudi. Bal. in. l. fi. C. de restib. do. Ant. in. d.  
c. cās q. **No.** ibi qz potās n̄ra nō ex hōie q po  
testas pape ē a deo imediate. qz dixit Petro qd  
cunqz ligaueris zc. c. solite d̄ maio. z obe. Idē di  
cit hic glo. de impio quā glo. bñ notabis facit au  
ten. quō o3 epi. in prin. Dicit tñ Host. q non bz  
tā dignā z generalē ptātes quā papa. vide origi  
nē pape. x. vij. dis. s. h̄nc z. xxi. dis. s. i. **Nota** ibi  
nlls sane mētis. qz probat q fmōes n̄ri d̄bēt ada  
ptari rebus sensatis z intellcū suētib? teste Auer  
roy z Aristo. z probat in. l. si. ita quis in versic. q  
nō san? loq̄retur. ff. de enict. id dicit Bal. in. l. i.  
C. de ser. fugi. fuisse olim cassatā quāndā inquisi  
tōz tanq̄ non visimlez in qua dicebat q famulus  
mādaauerat dño facit. l. milites. s. op3. C. d̄ qdib?  
qz illud nō est visile q ē qdaz falsitatis imago. fa  
cit qd voluit idē Bal. in rubri. de proba. z in tra  
ctatu scismatis. z in. l. fi. C. de edic. diui adri. fac  
tex. in. c. i. d̄ cōsuetu. **Nota** ibi quēlz xpianū q  
lz xpian? rōe pcti mortalis est de foro ecclie z ad  
hoc quottidie allegat iste tex. z dicit hostie. q ne  
gat se xpianū qui negat hanc potestatem. c. solite  
ad fi. de ma. z obed. dīc ēt q ultra correctionē ec  
clesie nihilomin? tpalis ptās secularē penā isiget  
xxij. q. v. c. sunt qdā z. c. rex debz z dīc ut not. i. c.  
d̄ hijs d̄ accus. vide tu. c. felic. s. fi. de pe. in. vi. z  
Jo. an. z alios z p hosti. i. c. i. d̄ off. or. z i. c. tue de  
procur. z Jo. an. i. c. ij. de q̄stit. li. vi. fac. c. fi. d̄ ma  
lest. z p do. De. de ancha. i. c. cōquestus. j. ti. i. z i  
c. ij. de adul. z in. c. cū sit. j. ti. i. z bal. i. l. placet. C.  
de sac. sa. ecc. z i. l. i. C. de sum. tri. z i. l. officiales  
C. de epi. z cle. z lappum abb. in. c. i. de usur. li. vi.  
Ang. in repetitōe. l. si vacātia. C. de bo. vac. li. x.  
z bal. in. l. nullū. C. de sum. tri. mod. in. c. i. de cri.  
fals. **Nota** ibi magnū q in administrāda iusticia  
z i afo prosequēdi. z ad finē corrigēdi pctūz nō ē  
exceptio personaz imo sic iudicabit magn? sicut  
puus anc̄. de mona. s. i. q procedit in hijs q̄ sunt  
d̄ mera iusticia. qz nec apud deum nec apud hoies  
ē acceptio p̄sonaz. S̄z i hijs q̄ sunt ex mera grā ē  
acceptio p̄sonaz. z apud hōines z ēt ap̄ deū. deus  
enim tremēdus plus facit grāz vni q̄ alteri. ut vi  
xit glo. sing. i. l. i. ff. d̄ postul. z ibi bar. faciat qd vo  
luit Dy. in. c. in iudicij de reg. iur. li. vi. z ēt ad  
de q respectu dignitatē aliqū qs plus punit z ali  
quū min? pro quo vide glo. z doc. i. c. cū qdā d̄ iur  
iur. z in. c. homo xpianus. xl. di. z bar. in. l. fi. ff. de  
re. diui. z bal. post Guil. z Jac. but. in. l. nemo. C.  
de sum. tri. z in. c. i. s. si qs vō de pa. iur. fir. bar. i. l.  
capitaliū. s. fui. ff. de pe. bal. i. l. milites. C. d̄ qd. z  
qd h̄r i. l. destozē. s. pena. ff. de re mili. l. pedi? ff.  
de sc̄cd. rui. cū si. **Nota** ibi ut peccatorē reuocē  
mus finē correctionis peccati ut qs a uitio retra  
hā ad virtutē. **Nota** q paz ē vinculū caritatē. Ca  
ritas enī est dilectio dei z proximi fm De. z cum



caritas sit spūalis v̄tus qua saluamur ⁊ fides iō circa pacē spūalius cognoscit eccia. c. venerabilē de elec. c. i. ⁊. l. de treug. ⁊ pace. ⁊ est par ēt hosti seruāda. xxij. q. i. c. nol. ⁊. c. iohes. ibi tñ non d̄r de caritate sed d̄ fide. sed facit in arg. meli⁹ tamē facit illud. c. ad hoc q̄ par est seruāda. ⁊ quo ad illud d̄ caritate dicit **¶** Det. q̄ caritas ē dilectio dei ⁊ proximi. ⁊ cū caritas sit spūalis v̄tus qua saluamur de pe. dis. i. caritas. iō circa pacē spūalius cognoscit eccia s̄m **¶** Hosti. **¶** Nota q̄ causa iuramēti est fori ecciastici de quo in glo. facit. c. cū laicus de fo. cōpe. li. vj. ⁊ colligit **¶** Inno. ex hac l̄sa q̄ crimē pacis fracti ⁊ piuri⁹ directe pertinet ad ecclesiā. Idē dicit de crimie symōie sacrilegij vsu rap. heres ⁊ sepatōis m̄fionij quo ad thoꝝ prop̄ adulteris vide glo. mgf̄az in. c. cū sit de foro cōpet. **¶** No. q̄ supior nō d̄z magnā discordiā sub dissilatōe trāsire. Nā s̄m **¶** Jo. ⁊ **¶** Philip. quas patere iudex ad arma procedere quos pōt sua iurisdictione p̄secere vt. l. eq̄simū. ff. d̄ vsufr. ⁊ dicit **¶** Host. q̄ dissilatio ē mortale peccatū in plato ar. c. i. de treu. ⁊ pa. ⁊. lxxij. dis. c. erroꝝ de p̄iul. c. q̄to de sen. excō. vide **¶** Bar. in. d. l. eq̄simū vbi dicit q̄ iudex pōt p̄cellere p̄tes ad pacē ⁊ trāsactōs dicit tñ q̄ regit altiorē indaginē faciat. c. placuit lxxij. dis. c. cū inf. R. seniore de elec. c. fi. d̄ trāsac. c. i. de mut. peti. in vsi. ⁊ cordia vel snia. c. q̄relā d̄ simo. in vsi. ⁊ cordia vel snia. **¶** Bar. in. l. si d̄ meis s̄. recepisse. ff. de arbit. c. fi. de maio. ⁊ obe. **¶** Bar. in. l. furti. s̄. qui iussu. ff. de his qui not. infra. ⁊ in d̄ cōgruit. ff. de offi. p̄resi. **¶** Bal. ⁊ do. **¶** Ab. in rubri. d̄ treu. ⁊ pa. **¶** Jo. an. in addi. **¶** Spec. in tit. de p̄par. in di. **¶** Nota ibi fouere q̄ nō corrigēs d̄lictū v̄ fouere. c. quāto de sen. excōm. c. sit rector. xliij. dis. **¶** Nota ibi vel solidaz pacē vel treugā p̄ceptū alternatiuū. Ex quo infert hic **¶** Fran. vercell. q̄ plura remedia d̄z iudex iuenire ad cōtumaces reducēdos. c. veritatis d̄ dolo ⁊ cōtu. ad ⁊ cordiados discordes ad curādos egrotos. xxij. dis. c. fi. c. ois d̄ pen. **¶** Ego addo sing. tex. in. l. si pupilloꝝ. s̄. si p̄toꝝ. ff. de reb. eoz vbi fuit appositū d̄cretū alternatiuū. ⁊ alio. c. cū inf. d̄ re iudi. vbi fuit lata snia alternatiue. ⁊ alio glo. in. c. latoꝝes d̄ cle. excō. q̄ loquū d̄ snia alinatta. ⁊ glo. in. c. si qs. xi. q. iij. tene m̄ti ista iura. **¶** No. ex eisdeꝝ v̄bis d̄fiaz ēe inf. treugā ⁊ pacē. ⁊ in vers. postreō nota sing. istū tex. do. **¶** Abb. q̄ treuga ad t̄ps scā pōt appellari par. nam tex. iste dicit q̄ rex si facie non fuauit federa pacis vsq̄ ad p̄fixū t̄miū. ⁊ sic cū ita positū fuerit t̄ps nō pōt scelligi nisi d̄ treuga q̄ d̄ t̄z **¶** Jo. an. in addi. **¶** Spec. in tit. de treu. ⁊ pace p̄ p̄in. vbi induc̄ hoc ad q̄d̄z antiquit⁹ disputatā. **¶** Quidā h̄ns guerā cū alio d̄no promisit cuidā d̄no dare ei stipēdiū ⁊ pro centū eq̄tibz ad adiunādūz eū d̄dec guerā esset finita demū ille promissoz fecit treugā cū inimico suo ad ānūz ⁊ vltra d̄dec reuocabif. querif an teneat interiz promissoz ad hoc stipēdiū. ⁊ v̄ q̄ nō ēt si fuisset dictū d̄dec par fieret. ⁊ ita hic refidet do. **¶** Ab. **¶** S̄z do. **¶** Ant. hic colligit q̄ d̄ q̄ d̄fia est inf. pacē ⁊ treugā allegat. c. i. ⁊ q̄d̄ not. in rubri. de treu. ⁊ pace. ⁊ ita ēt colligit hic do. **¶** Ant. ⁊ se remittit ad dicta sua in. d. c. i. d̄ treu. ⁊ pace. ⁊ ita ēt hic colligit do. **¶** Det. **¶** Ego addo q̄ istaz q̄d̄z disputauit **¶** Jaco. but. vt ibi refert **¶** Jo. and.

vbi allat istū tex. q̄ treuga d̄r esse par nisi fuisset dictū vsq̄ ad pacē perpetuā vel solidaz vt sequit̄ hic in vers. non igit. ⁊ dicit q̄ ponderatis verbis treuge ipsa pōt esse p̄petua ⁊ hoc sufficit. vt. l. sufficit. ff. de condi. inde. inducit ēt. l. perpetuā. ff. de cura. furi. **¶** Sed cōtra hanc decisioꝝ ego adduco tex. in tit. de pace p̄stant. in vers. vassalli q̄. vbi d̄r q̄ de treuga idē iudiciū est q̄d̄ de guerra. ⁊ adduco tex. in. c. significauit de iude. vbi treuga iudicat vt guerra. ⁊ cōsiliū do. **¶** De. d̄ anch. lxxij. vbi cōsuluit q̄ treuga accedit guerre. ⁊ l̄z glo. in. c. i. in tit. de pace tenē. in vsib. feud. dicit q̄ treuga accedit paci. tñ illud d̄z intelligi improprie. ⁊ ita intelligatur. c. illi qui. xxij. q. iij. ⁊ ita dicit do. **¶** Card. in. d. c. i. q̄ treuga d̄r improprie par. ergo nō est vere ⁊ proprie par. ⁊ ita intelligat̄ iste tex. cum ergo v̄ba cōtractus debeāt intelligi proprie ⁊ stricte vt. l. quicqd̄ astringēde. ff. de verb. obli. sequit̄ q̄ si in cōtractu fit mētio de pace nō intelligit̄ de treuga q̄ improprie est par. ⁊ p̄ p̄ns notāter disputādo cōclusit **¶** Jac. but. esse sūme pōderādūz q̄ stipēdiū debet rōe laboris impēdēti. t̄pe guerre. sed cū est treuga nō ē opus impēdere laborē. ergo sequit̄ q̄ nō debet stipēdiū. q̄ cessante causa cessat effect⁹. ita v̄ posse sustineri dictū **¶** Jac. but. **¶** Jo. an. ⁊ sequaciū. **¶** S̄z vnū est q̄d̄ vobis videbit̄ nouū nō tacitū ab aliquo in prefatis locis. **¶** Capitaneus belli vt de illo magna⁹ ⁊ inuicto dixerim comite **¶** Jacobo picenino vicecomite de aragonia potuisset facere treugā s̄z nō pacē nec guerā sine spūali cōmissioe p̄cipis. ergo sequitur q̄ treuga nec est par nec guerra. igit̄ videt̄ esse quōdā mediū ⁊ quoddā p̄icipiū inf. pacē ⁊ guerā ⁊ ad hoc adduco. l. conuentionū. ff. de pactis. ⁊ quod etiaz ibi voluit **¶** Bar. vbi dicit quod capitane⁹ belli potest facere treugā vt ibi voluit glo. **¶** Item potest faceꝝ pacē si ē d̄ns belli siue exercitū ut p̄nceps rex. ⁊ filis. **¶** S̄z capitane⁹ cui ē simpli cōmissus ducere bellū seu exercitū nō pōt facere pacē nisi sit sibi spūalr p̄missus. l. mādato ḡnali. ff. de procur. ita ibi dicit **¶** Bar. **¶** Ecce nūc q̄ treuga ē quōdā mediū inter pacē ⁊ guerā ergo deberet attendi si matia sit fauorabil̄ an odiosa. ita v̄ dicit̄. i. proposito tene. mēti q̄ ē noua iuestigatio i hac matia **¶** Not. ibi cognoscit̄ d̄ plano q̄ i hac denunciatioe procedit̄ de plano sine strepitu. ⁊ figura iudicii. **¶** Tamē i tali processu admittuntur legitime excep̄tōes. ⁊ procedet̄ d̄ plano q̄ non dabunt ita prolixē dilatōes nec recipiēt̄ vbi al̄s darēt̄ vbi alio mō ageret̄ hec oia quasi ex arbitrio iudic̄ p̄dēt̄ p̄side rat̄ p̄sonis causis loc̄ ⁊ t̄pib⁹. c. fi. de trās. fac̄ cle. sepe d̄ v̄b. sig. ⁊ q̄d̄ voluit **¶** Bar. i extrauag. ad rep̄. i. v̄. p̄ d̄nuciationē ⁊ q̄d̄ h̄ in. l. i. s̄. fi. ff. d̄ p̄toꝝ. stip. **¶** S̄z do. **¶** car. h̄ colligit q̄ i cā iqsitōis procedit̄ d̄ plano ⁊ admittunt̄ excep̄tōes legitime. circa hoc dico vobis q̄ i futūꝝ faciet vobis honorē h̄is nō uissimis dieb⁹ occurrit i facto q̄ p̄t̄s q̄dā iqsuit nulla precedēte infamia ⁊ posuit iqsitum ad torturam q̄ nō fuit cōfessus opponebat iqsitus q̄ nō poterat inquirere non precedēte infamia. r̄debat q̄ ubi iudex teneꝝ ex suo off̄o iqrere nō est necesse vt precedat infamia ⁊ allegabat anq̄. ita dicentem in repetitōe. l. si vacantia. C. de bo. vac. li. x. q̄ ad sic diceñ. mouet̄ ex. c. i. de off. ord. **¶** Ego consului **¶**



15  
rius & dicebat illud fuisse dictū hosti. in. c. qualiter  
de accusat. vbi dicit q̄ ordinarius p̄t inquirere  
non precedente infamia pro certo male loquit̄. &  
cōtra eū est tex. in. d. c. i. cōiuncta glo. vbi debz in  
quirere s̄m canōes. quo casu requirit̄ monitio. d.  
c. qualiter. c. cuz oporteat. c. inquisitōis de accus.  
iō. Bal. in. d. c. i. dicebat q̄ lz detur p̄tati liberuz  
arbitriū inquirēdi tū debz p̄cedere infamia. idēz  
voluit ibi do. Pet. ¶ Adducebā dictū do. Car.  
di. in. d. c. qualiter vbi damnat dictū Hosti. Ad  
duri Saly. in. l. ea quidez. C. de accusat. vbi tenz  
cōtrariū. adduxi Bal. in rubri. C. de pena indi. &  
Saly. in. l. si. eo. tit. Dicebā etiam q̄ dictū. c. loq  
tur in ep̄o. & sic loquit̄ de iure canōico non p̄t ex  
tendi ad p̄tatem laicā. qz de iure canōico inquisi  
tio est remediū ordinariū vt voluit Inno. in. c. di  
lecto de sen. excō. li. vj. sed de iure civili est reme  
diū extraordinariū vt voluit Bal. in. d. l. ea qui  
dez. ergo non p̄t extendi ille tex. c. i. d. foro ecclē  
siastico ad forū cesaris. dicebat et q̄ iudiciū n̄m  
d̄s cōformari iudicio dei. vt. c. deus d̄ipotens. ij.  
q. i. & d. c. qualiter. Sed deus ipse tremēdus non  
processit ad inquirenduz nisi clamor vehemens  
precederet. ergo nec p̄tās poterit inquirere non p̄  
cedente infamia. & ita heri consului. & istud adde  
ad. d. c. i. quia ibi non retuli. ¶ Nota ibi etus ex  
ceptio qz loquit̄ de rege Francie. sed est dubita  
tio vtrū iste rex Francie denūciaret̄ hic pro facto  
suo an pro facto suoz antecessoz reguz. istud n̄o  
tangit hic. Sed Bal. in. auten. ad hec. C. d. vsur  
in antepen. col. in. versi. sed quid dicem? de here  
de prescribētis. dicit hic esse casum q̄ denūciatio  
fit regi qui erat successor alioz regū & de questio  
ne tēpali p̄decessoz. & procedit determinādo. nec  
sufficit q̄ heres dicat. ego credo q̄ defunctus ha  
bit bonā consciā. qz q̄ credulitas est causa de  
fensōis d̄s probari probabil̄ ratio credendi. ar. l.  
euz quidaz. §. quod dicit. ff. de acqui. here. ¶ Pre  
terea inquit talis heres n̄o p̄t excusari a dolo p̄  
ceptā noticiā vitatis. c. nam cōcupiscētiaz de cō  
stitū. i. ante. iusurandum quod prestat ab his ibi  
si quis autē inueniatur. ¶ Preterea est in dolo qz  
loquatur cū aliena iactura. nam ex hoc fact̄ lo  
cupletior hereditas puenit ad eū. ar. l. si quis mā  
cipiū. §. proculus. ff. de institū. preterea sufficit cō  
tra heredes q̄ defunctus fuit in mala fide. qz ex  
quo statim fuit ortū ius denūciandi qz transit cō  
tra heredes ar. c. parochiano de sepultū. sicut he  
res vsurarij. licet ipse n̄o sit vsurarius tenet ex fa  
cto defuncti & d̄s r̄ndere in eodē foro. c. q̄ d̄ vsu  
ris in. vj. & in hoc damnat Bart. dicentē q̄ here  
di sufficit d̄e ego credo defunctū h̄uisse bonā fi  
dem & p̄sciaz vel satisfecisse. qz in scō alterius est  
tollerabilis ignorātia & credulitas. l. si. ff. pro suo  
l. quāp̄. ff. ad velleya. Tum qz potius d̄s p̄sumet̄  
bonū q̄ maluz. nec d̄s presumere q̄ defunct̄ fuit  
inimoz sue salutis. l. si. ff. ad. l. iul. repet. cū ergo  
heres non peccet ergo non p̄t denūciari in foro  
consciencie. tamen ipse dicit esse hic casuz contra  
Bar. Iste passus est multuz dubitabilis si ma  
la fides defuncti transeat in heredem. Et qui  
dem Bar. in. extrauagan. ad reprimēdum in ver  
si. per denūciatōes querit qualiter peccat heres in  
eo q̄ defunct̄ tenebat cōtra cōsciaz. respōdet for

16  
te heres scit & sic forte et ipse p̄tra p̄sciaz t̄s. si v̄o  
ignorat tūc p̄t est heredi notificanduz taliter q̄  
in eius cadat noticiā vel cadere d̄beat vt. l. quod  
te. ff. si cer. per. l. si quis inficiat. ff. de positi. & po  
stquā fuerit certificat̄ debet fieri denūciatōes.  
Nā tex. dicit si peccauerit in te. p̄ius ergo d̄s pre  
cedere peccatū q̄ fiat denūciatio. sed si heres n̄o  
patit̄ certificari tūc in hoc peccat. & p̄inde etiā est  
ac si certificat̄ eēt. ar. l. i. §. aristo. ff. quod vi aut  
clam & ita ibi residet Bar. Adibi videt̄ q̄ dictuz  
Bal. in. se sit v̄ez q̄ h̄s possit d̄nūciari i foro ec  
clesie d̄ mala fide d̄functi. & ad hoc adduco bart.  
in. l. ex diuerso in p̄n. ff. d̄ rei vendi. vbi dicit q̄ si  
h̄s sit b̄of̄ dei & successit d̄functo malefidei cōn  
fēt esse malefidei. l. cū heres. ff. de diuer. p̄script.  
& not. per glo. in. l. si ego. §. part̄. ff. d̄ publici. pro  
quo. vide remissiones quas dedi. §. eo. c. qz. v.  
Ex quo sequit̄ q̄ potit̄ denūciari h̄s ex mala fi  
de defuncti probata mala fide defuncti. ideo n̄o  
stabit̄ assertōi h̄fdis dicētis ego credo defunctuz  
fuisse bonēfidei. qz eo ipso q̄ est probata mala fi  
des d̄functi corp̄o censet̄ heres eius esse male fi  
dei. sed credo q̄ non p̄t denūciari heres ex illa  
mala fide defuncti. qz ista auctoritas euangelica  
requirit̄ q̄ frater peccet in fratre ex facto suo d̄s  
dicit moneatur ita vt hic dicitur. & ita vt voluit  
Bar. Et erit cōclusio q̄ ad hoc vt heres denūcie  
tur ex mala fide defuncti oportet cōstare p̄ius de  
mala fide defuncti ipsi heredi & postea debet mo  
neri ita vt hic d̄s. nec audiet̄ h̄s d̄sido se credere  
q̄ d̄funct̄ h̄uit bonā fidē. qz stat̄ vitati probate.  
v̄ij. dis. c. vitate. & ista sit v̄a p̄ctio circa istū passū  
S̄z stat̄ dubitatio vtruz iste tex. loquat̄ in suc  
cessore vt voluit bal. q̄ mala fides testatoris tran  
seat i successorē. ego adduxi bar. in. d. l. ex diuerso  
S̄z pondera subtiliter. qz bar. loq̄ i herede. & sic i  
successore h̄ditat̄ vt. d. l. cū heres quo cau mala  
fides d̄functi trāsit i heredē vt ibi & i iurib̄ q̄ alle  
gant in. d. c. qz. v. S̄z iste tex. loq̄ in successore di  
gnitatis quo casu mala fides p̄decessozis n̄o trā  
sit in successorē dignitatis vt probat̄ in. c. cura de  
iurepatrona. & voluit Jo. de imo. i. c. si. d̄ prescrip.  
ergo bal. n̄o h̄i intellexit istū tex. & et bar. in. d. §.  
p̄ denūciatōem n̄o h̄i ponderauit istū tex. inq̄tum  
eū allat̄ in herede testatoris. qz aliud ē esse h̄fdes  
defuncti & aliud successorē dignitatis. vt. d. c. cu  
ra ex quo seq̄ q̄ n̄o poterit denūciari successor di  
gnitatis ex mala fide p̄decessozis nisi ex proprio  
suo facto. & isto cau si probat̄ iste tex. dictū bal. id  
si res mea cū pctō venit ad regē. & morit̄ ego d̄beo  
facei fidē de hui? mōi iniusta occupatōe & monere  
successores ut mibi restituat. q̄ si n̄o fecerit serua  
bit̄ pratica hui? tex. q̄qd̄ dixerit bar. & bal. tene  
mēt̄. qz ista sunt noua ad istū tex. quē et pondera  
qz fuit denūciat̄ rex francie qz n̄o seruabat̄ p̄posi  
tōez ergo ex scō suo d̄nūciabit̄. No. et q̄ delegat̄  
debet seruare formam mandati vt hic concordat  
c. prudentiam de offic. delega. c. cum dilecta de  
rescrip. vide que ibi dixi. ¶ Ultimo Inno. ex isto  
tex. colligit̄ q̄ vbiq̄ deficit actio de iure civili  
si tū subest eq̄tas n̄alis q̄ inferat ius agēdi vt i pctō  
nudo vel inf̄to. tū lz n̄o possit adiri iudex laic̄ po  
t̄it adiri iudex ecclē. ego adduco q̄ pulch̄r voluit  
do. an. i. c. que in ecclesiariū de p̄stit. vbi voluit q̄ li



eet ius civile possit facere qd ex nudo pacto no oria  
 tur actio non tamen potest facere quia supior te  
 neatur administrare iusticiam. z adduco eundem  
 in. c. ii. de probatio. vbi dicit q licet quis non pos  
 sit agere coram iudice seculari propo statutum pot  
 tam agere coram ecclesiastico. z allegat istum tex.  
 Adduco qd pulebre voluit bal. in. l. i. pra. C. de pre  
 ci. impera. offe. vbi dicit q licet ipator possit tol  
 lere actionem tamē etiam sine actione potest quis  
 psequi iusticiā misericorditer implozando offm su  
 perioris allegat Inno. in. d. c. que in ecclesiarū. fa  
 ciat quod voluit idem bal. in. auē. clericus. C. de  
 epi. z cle. vbi dicit q no ois cā ratiōe peccati spectat  
 ad ecclesiam. sed si crimen sit ecclesiasticum uel rō  
 ne pacis uel iuramenti vel quando non audir i fo  
 ro seculari vel quando propter iniquitatem domi  
 ni illius terre vel statuti. non potest audiri coram  
 seculari allat archi. in. c. hoc videt. xxii. q. iij. nisi  
 appeller qz ius civile z canonicū sic concorditer di  
 sponūt. c. si. de except. li. vi. quod dicit esse menti  
 tenendū faciat quod voluit ang. in comēto. l. si cer  
 tis anis. C. de pactis v3. q. vbi dicit qz in iudicio se  
 culari quis non d3 audiri. tñ rōne peccati audien  
 dus est in foro ecclesiastico si in eadem spē delicti  
 ius canonicus contradicit iuri civili qz tunc corze  
 ctio peccati spectat ad ecclesiasticas vt hic z leges  
 in isto sequunt canones. c. clerici. s. co. ideo dicit i  
 eadem spē delicti. qz non est dubius q ius canoni  
 cū z diuinum in genere prohibent peccare. s3 ista  
 tā generalis prohibitio non est sufficiens ad dedu  
 cendū oia in foro ecclesiastico qz tunc periret iuris  
 dictio secularis. ¶ Venio ad glosas. Et qdē glo.  
 prima ponit casum s3 dicit melius fm doc. suplen  
 do vt colligitur ex tex. ad finem qd pō post denun  
 ciationē sibi factā per regem anglie. scripsit Regi  
 francozum vt deberet seruare compositionem. tpe  
 vero rescripsit quandam excusationem assumen  
 do quam tamen non probauit ideo ¶ Papa pmi  
 sit episcopo eboracensi z cuidam Abbati ut tam  
 querimoniam Regis anglie. q executionem Re  
 gis francie audirent coram quibus Rex franco  
 rum nunquam uoluit comparere. z sic non fuit pas  
 sus q illi cognoscerent quapp papa scripsit lega  
 to qui erat in partibus ut hf in verbo leges z si rex  
 francie non faceret proui hic dicitur deberet cer  
 tam terram regis subicere interdieto z qz papa. ti  
 muuit ne populi. z prelatis scandalizarentur. z pro  
 uocarent ex hoc mādato quasi papa vellet fauere  
 regi anglie z violare iurisdictionem regis Fran  
 cie z q etiam propter hoc no seruarēt interdictionem  
 ferrēdū p legatū papa scripsit prelatis p frāciā cō  
 stituris vt in l3a hf vt patz i antiqua mādant pre  
 latis vt sniam quam ferri contingerit fuēt als cō  
 minabantur q illos pronunciarēt inobedientes. z  
 ex istis clare habet casum huius. c. ¶ In glo. ii.  
 opp. q imo pō se intromittat de temporalis iurisdic  
 ctione vt p3 i. c. l3 z in. c. sequenti. j. ti. p glo. dicit q  
 regulariter se no intromittit excipit tñ duos casus  
 Primus est quando iudex ē negligens. Scds qñ  
 vacat impiū. alios addit hic Inno. dicit in. d. c. li  
 cet. fo i vfi. s3 no glo. ista opp. q pō h3 vtrūqz gla  
 dium. lxxxvi. di. c. duo sunt gñā. c. solite de ma.  
 z obe. tñ qz iura celestis z terreni imperij a deo pa  
 pe tradita sunt vt. xxij. di. c. i. tñ qz habuit aucta

te. cū agēti. Ecce duo gladij sunt hic quos tran  
 stulit ad successores. xl. di. c. i. glo. allegat pro et d  
 z concludit in effectu qd h3 iurisdictionē tpalē in  
 habitu s3 executionē cōmisit ecclā impatorib3. et  
 picipibus seculi z remittit ad notata in. c. cāz que  
 q fil. sint legit. io. an. inducit aliqua q solū tēdit  
 ad probandū qd executio gladij tpalis ē interdici  
 ta pape z cuilib3 ecclesiastico s3 ad cōfirmationes  
 glo. Jo. de lig. h. ostendit hoc mō qd pō hēat iurisdic  
 ctionēz temporalē i habitu. ¶ In habētib3 ordi  
 nē in vniuerso mirabile est cē duo eque pfecta. S3  
 ipator non ē maior ergo no erit equalis. Itē mul  
 titudo principatū mala ē. ¶ Itē ipator ē ois tē  
 poralium papa spūaliū. s3 tpalia ordinat i finē spi  
 ritualiū. i. q. ij. c. sigs obiecerit sic ergo aīa dñat  
 corpori ita papa dñat ipatori. itē principat3 pape  
 ē infusus a deo. xi. di. c. in nouo. s3 principat3 tpa  
 lis ab hoīne. xc. ij. di. c. legit3 ergo principatus  
 dei pcesse d3 principatū hoīs. ¶ Itē pō vt de vi  
 carius hūit oimodā potestātē ita. z alii successo  
 res i vicariatu. itē principat3 ē optim3 vbi un3 do  
 mīat. ij. phisicoz unus ergo princeps in orbe ad  
 ducere poterat qd scribit i p3a tragedia no capit  
 regnum duos. z apud lucanū in p oisqz ptās i pa  
 rtes pfortis erit. itē qz sic est in regimie celesti. z q  
 executio sit interdita pape adducit Jo. an. illō ioā  
 nis querte gladiū tuū i vaginā illud bernardi ad  
 eugenū aggredere i subditos vbo. s3 no ferro qd  
 vsurpare gladiū tēptas quē semel iussus es mitte  
 re i vaginā. z qd scribit ad thimothēū i t3io o3 epi  
 scopū no ēē pafforē. itē ē minister sacramēti z mā  
 suetudinis z vniat3 sacramētū vero altaris rep  
 sentat vniatē xpī z ecclesie q significat vniō aīe  
 ad corpus. qz sicut aīa diuisit ad corp3. sic xps per  
 huiusmodi sacramētū viuificat ecclesiam z iō exc  
 cutio gladij materialis q diuidit aīam a corpore  
 penes ministeriū sacramenti vnitatis ēē non d3. z  
 ideo dicit bernardus. vbi s3 gladiū materialē ha  
 bet papa nunc ipator vero z similes usu vel manu  
 hoc ēt inuit extranagāf bonifacij. vnā sanctā. S3  
 do. abb. dicit se addere glo. in. cle. ad n3az d bere.  
 q probat hāc pclusionē qd papa sit sūm3 z oēs sint  
 ei subiecti. z faciat glo. i. c. cāz q fil. sint leg. z qd  
 voluit inno. i. c. l3. j. ti. i. z hosti. i. d. c. pvenenrabi  
 lē q fil. sint leg. z i sūma eiusdē tituli. re vera. glo.  
 i. d. cle. ad n3am allegauit ad hoc do. car. i. c. vene  
 rabilē d elec. z dicit h. d. abb. q duplex ē ptās. vna  
 ē spūalis q ē penes sūmū pōrificē alia tēporalis q  
 est penes regem seculi ut in. d. c. solite. spūalis ē p  
 stantior temporalis in trib3 vt dicit hosti. vbi. s3. v3  
 in maioritate in institutōne. z in ptāte seu auctate  
 maiozitate. sicut spūs ē prestātor corpore. itē insti  
 tutōe. qz sacerdotiū melchisedech pcessit legem  
 scriptā d quo i. c. trāllato d pstit. Itē p sacerdotē  
 deo subēte fuit ordiata ptās regia p regū. c. viii. i  
 fi. ibi dicit dñs ad samuelē pstitues sup eū regem  
 ptāte z auctate. qz spūal ptās instituit tēporalē. z d  
 stituit. d. c. venerabilē. z. c. ali3. xv. q. vi. p3ēt maio  
 ritas rōne s3iecti qto qz meliorib3 pcessit tāto ma  
 g3. ē preferrēd3 i auct. d defen. cini. s. nos igit3. s3  
 anima cui pō pcessit preferrenda est omnibus reb3  
 humanis qbus ipator pcessit. xi. q. i. c. precipimus  
 ergo pō pcessit ipatori. itē hoc probat ex vi fidei. si  
 cut enim ponere duo principia ē hereticū. c. i. z. ij



de sum. tri. sic ponere duos vicarios equales & hereticū faciat quod voluit glo. q̄ reputat singularis in. c. non autē. xx. q. vii. ē enim ecclesia militis diuinitus exēplata dicēte iōāne i apocalipsi. uidi Ierusalē sanctā nouā descēdētē de celo. z moysi dictū fuit exodi. xxv. c. q̄ oīa faceret s̄m exēplum mōstratū sibi. z adducere poterat qd̄ scribit apud boetiū i t̄tio. mūdū mente gerēs similiq̄ imagine formans. cū igitur in ecclesia triūphanti sit vnus s̄m mus p̄nceps cuius obediētie tota ipsa ecclesia p̄fectissima est subiecta. s̄. ipse deus necessarius est fateri. q̄ etiam ecclesie militati vnus s̄m? p̄nceps p̄sedeat impator ille esse non potest cum non valeat p̄e esse in sp̄ualibus ergo est p̄p̄ q̄ ē in tēporalibus p̄e esse potest. nam z sacerdotes exercuerunt z habuerunt vtrāq̄ potestātē. x. q. i. c. relatū z not. Inno. in. c. licet de suscepto. j. ti. i. Itē ipse xp̄us vtrāq̄ potestātē exercuit in isto seculo quando flagello facto. de feniculis eiecit uendentes et ementes de templo cathedras v̄dentium columbas euertit effundens pecunias numulariorū. vt habet mathei. xi. c. z. i. q. i. c. ex multis z in psalmo dicitur deus iudicium tuū regi. da. z hanc potestates similiter transtulit in petrum dicens pasc oves meas non distinguens in modo pascendi cum petrus diceret ecce duo gladij h̄ xp̄us respondit satis ē non dixit nimis. Item cum uti gladio xp̄us prohibuit dicēs mitte gladium tuum in vaginā nō dixit abice gladium. z iō t̄m executionem prohibuit ratione predicta omnia enī illa sūt p̄deranda cum xp̄s fere loqueret̄ semper figuratiue. Nec obstat si dicatur q̄ sperium z sacerdotiū processerunt ex eodem principio v̄z ex ipso deo autē. quomō oportet ep̄s in prin. c. solite de maior. z obe. fecit deus duo luminaria vt ibi. z faciat qd̄ habet in. c. cum ad uerū. xvi. di. vbi dicit. Nec impator iura pontificis arrideat nec pontifex iura impatoris vsurpet quoniam idem mediator dei z hominum homo Christus in eius actibus proprijs z dignitatibus distinct̄ offā vtriusq̄ potestatis discernit qz fatēdū ē q̄ ipium sicut sacerdotium processit a deo z nedum s̄mū imperiū sed quilibet inferior potestas dicitur procedere a deo ut in passione dominica dicitur non haberes aduersus me potestatem ullam nisi data zcēt. Sed hec potestas non deriuat in p̄cipē secularē imēdiatē a deo s̄z p̄ debitā z sub alternatā emanationē a vicario Jesu xp̄i apud quē sunt videtur celestis z terreni imperij. ut in. c. omnes. xxii. di. hinc est q̄ imperium transfertur de certo genere p̄sonarum ad aliud genus vt in. c. venerabilem de elect. impatorē vngit approbat confirmat reprobat z deponit causas iustis existentibus. z ab eo iuramentum fidelitatis recipit ut in cle. romani de iure iuran. c. ad apostolice de re iudi. li. vi. c. venerabilem de elect. z s̄m hoc debet intelligi apostolus ad romanos. dum dicit non est potestas nisi a deo vel potest dici quatenus consideratur potestas tēporalis respectu exercitij. est ex dei uolūtate penes secularē. sed isti exercētes istos duos gladios habent se ad inuicē ut maior z minor. z sic vnus sit summus in ecclesia militanti sicut vnus est summus in ecclesia triūphanti. Nec obstat q̄ xp̄s tributum soluit. z mandauit dari cesari que sunt ce-

10  
saris qm̄ ipse soluit vt euitaret scandalū Mathēi xvij. c. z. xxvij. q. i. iam nunc. Itē soluit tributus inquantū homo z vt daret alijs exemplum soluedi tributum. xi. q. i. si tributum z. c. magnum sicut z legem sp̄ualiter in oībus obseruauit lz sibi non iscumberet necessitas nec simplicit̄ dixit. reddite omnia cesari. s̄z que sunt cesaris cesari qz illud v̄bum ē restrictiuū. vt. l. i. C. de sum. tri. z si. ca. c. si. d̄ cler. non resi. iussit ergo credi nō oīa. s̄z que sūt sua. Et ex istis p̄cludit do. abb. q̄ p̄p̄ est maior impatorē z q̄ penes papam est summa p̄as. lz non habeat exercitium gladij temporalis. z est cū aliquo effectu h̄e iurisdictionem temporale in bitu. qz p̄t destituere impatorē a probare. z confirmare vt ē dictū. Item i arduis negociis concernentibus xp̄ianitatem rōne huius maioritatis potest p̄p̄ se intromittere z inter laicos z exercere istā p̄atem sibi a deo datam vt in. c. i. de homicid. li. vi. cle. pastoral de re iud. d. c. venerabile z. d. c. ali quod. xv. q. vi. sicut enim xp̄us q̄ non erat solitus hanc potestatem exercere ipsam exercuit i arduo facto concernente decorem cultus diuini vt ē dictum faciat quod notat Inno. i. c. q̄ sup̄ his d̄ voto vbi nō ē talis necessitas ardui negocii procedunt iura dicentia q̄ p̄p̄ p̄est sp̄ualibus. z ipator temporalibus. lz dantes i sua monarchia tenuerit q̄ nō depēdeat ab ecclesia impium. z p̄ hoc fuit q̄si dānat̄ de heresi in morte vt refert bar. i. l. i. ff. de reg. reis. z ita dicit debere limitari dictū bar. i. l. ho stes. ff. de capti. Ita bellissime h̄ dixit do. abb. S̄z do. An. h̄ simplicit̄ refert illas ratōes Joā. de ligna. z transit cum illis z ita etiaz facit h̄ do. card. qui dicit q̄ i hoc non possunt fieri rationes demonstratiue. p̄supposito autem hoc q̄ iurisdictionē subordinetur ecclesiastice t̄m non est ex hoc dicens impatorē ita subesse pape vt ab ipso ad papāz possit appellari qz non est talis subordinatio que faciat papam censeri sup̄iorem quo ad actuale exercitium. sed tantū in habitu. nisi in casibus i iure expressis vt vacante sperio vt. d. c. licet. j. ti. p̄. x. di stic. e. qm̄ in glo. cum ergo que hoc dicit q̄ ab impatorē ad papam non appellat̄ p. c. si duobus d̄ appel. c. cām que qui fil. sint leg. Et s̄m hunc modū iurisdictionē impalis etiam procedit a deo z sic non depēdet a papa vt. d. c. solite z s̄m hoc sunt distincte iurisdictiones. nec p̄p̄ se impedit de tēporali. nec impator de ecclesiasticis. c. venerabilem d̄ electio. ita hic residet do. car. Ego adduco qd̄ voluit do. An. in. c. translato de constit. q̄ potestas condēdi legē ēt i laicos habuit originē ab ecclesia z a sacerdotibus. z sic laici nūq̄ iuridice habuerunt p̄tātē legē p̄dēde faciat. c. relatū. xi. q. i. vbi cāe laicorū d̄ferrebāt ad ecclesiaz faciat. ii. q. v. c. si q̄s p̄s b̄ z sic lz ipatorē an̄ aduētū xp̄i accepit p̄tātē a populo vt. l. ii. q̄. d̄ de. ff. d̄ orig. iuz. t̄m illa p̄as fuit ab ipsa quo ad legādū vniuersū. nisi fuis̄z postea p̄ ecclesiaz quo ad exercitiū i laicos p̄firmata. allt̄ nō. h̄ z i. d. c. cū ad uerū. z. c. cāz q̄ z Inno. i. d. c. lz. s̄z bal. i. p̄ma p̄stit. ff. i. ii. col. dicit q̄ ipator d̄ ab ip̄ado et alijs ipat z sibi a nemie ipat. vñ a sup̄ma p̄tātē i qua nō recognoscit sup̄iorē d̄ ipator h̄ enī marcia ē ap̄ legistas q̄ ipator romanorū i t̄palibus nō h̄z superiorem. sed canoniste ponunt papam sup̄iorem. s̄. eius verticem qz h̄z potestatem p̄firmā



di z infirmandi electionem imperator z priuandi  
 cum ex rōnabili z notoria cā. ut i. c. ad apostolice  
 de re iudi. li. vi. superior enim dignoscatur esse oīs  
 qui istituendi. z destituēdi ius hz in auct. de defē.  
 ciui. §. interim. z non ē negandū q̄ papa. qui habz  
 clauēs celi. z mundi traditas sibi ad iusticiā ē ma  
 ior impatore noīe z re fm̄ quid z nō simplr. ita ibi  
 dicit Bal. ¶ Ego aliquid adducam i mediū vt  
 clarius res ista fiat. ¶ Primo posset quispiam op  
 ponere q̄ p̄iissimus saluator noster non exercuit iu  
 risdictionē tēporalē proprie cū emētes z vēdentes  
 eiecit d̄ tēplo. nam illi laici offendebāt cultū ipsi  
 dei sup̄emi. z dhonestabāt eccl̄as quo cāu pp̄ dlt  
 etum ecclesiasticū vident effecti de foro ecclesie.  
 z possunt puniri ab eccl̄esia. c. cū sit generale de fo  
 ro cōpe. cū si. hz ergo xp̄us vberasset laicos tñ exer  
 cuit iurisdictionem ecclesiasticā qz vident effecti  
 de foro ecclesie delinquēdo i eccl̄esia z ipsas eccl̄e  
 siā z ipsuz deū. ergo nō probat ibi illud quod cōi  
 ter dicitur. nec obstat. c. i. de homicid. li. vi. qz ema  
 nauit qz offendit aīa q̄ ē spūalis in homicidio fac  
 to p̄ assassinos. z sic nō emanauit p̄cipalr pp̄ cor  
 pus. s̄ ad euitādā p̄nitē. z iteritū ase p̄cipalr z sic  
 nō probat id ad quod allegat z ēt ad illā r̄sionē  
 datā q̄ vba xp̄i q̄ sunt cesaris illud relatiū q̄ re  
 strigat. z sic nō ifert q̄ oīa sint cesaris. ¶ Posset q̄  
 piā r̄ndere q̄ ex quo xp̄s dixit q̄ sunt cesaris reddi  
 te cesari. z q̄ sunt dei reddite deo q̄ sicut stat non  
 restrictiue i vno. ita non stat restrictiue i alio. Sic  
 ergo oīa sunt dei ita oīa terrena vniuersalr sūt ce  
 saris z p̄ q̄s nō videt̄ recta r̄sio data p̄ canoniz  
 stas cōiter. nec ēt videt̄ recta r̄sio data ad auctē.  
 quomodo oportet ep̄os. §. dum dicitur q̄ imperiū  
 processit imediate a deo. nam ille tex. epparat pa  
 patum z ipium q̄ pariter processerunt a deo. s̄ pa  
 patus processit imediate ab ip̄o iesu xp̄o. qz dixit  
 tibi dabo clauēs regni celozum. pasce oues meas  
 sicut ergo papat̄ processit imediate a deo ita pro  
 cessit ipiū imediate a deo p̄ illuz tex. z abusiue d̄  
 q̄ processit a fortuna. vt dixit glo. sing. i. l. digna  
 uox. C. de legi. z dixit glo. sing. in. c. i. d̄ pa. iur. fir.  
 q̄ processit ab ense qz abusiue. z sic ille tex. sic in  
 ductus confundit illam respōsionē. ¶ Nec obstat cū  
 d̄ q̄ deus fecit duo luminaria solē z lunaz. z sol  
 illuminat lunam. Ita p̄p̄ illuminat ipatorē. z p̄ so  
 lem intelligit̄ p̄p̄. z p̄ lunam ipator. qz istud nō re  
 perit iure diuino expressum s̄ p̄ legem positīuā ro  
 manozum pontificū vt i. d. c. solite de maio. z obe.  
 bene posset argui pro legistis impat̄ cesar in vni  
 uersa iurisdictione que ascendente videt̄ z descēdē  
 tē solē. z que ex vtroqz latere. idest ex meridie. z se  
 ptētrione i auct. vt oēs obe. iud. prouf. §. z hoc cō  
 siderantes. z in oībus insulis q̄ vsqz ad curiā re  
 cessus extendunt in auct. vt eccl̄esia ro. §. q̄ ergo.  
 z in omni terra quam romanozum continet lex. z ca  
 tholice eccl̄e sanctio in auct. de non alie. circa fi.  
 ¶ De esse ipator ab impio prout ipium ē in altissi  
 mo suo scitu. z articulo q̄ ē sūma pt̄as nullis cir  
 cūscripta limitibus. vt tangit in. l. impium. ff. de  
 iur. om. iud. ergo si impium est sūme sup̄emū seq̄  
 q̄ nulli subest z id dicit bal. in. l. i. ff. de constit. p̄n.  
 q̄ sunt duo sup̄emi p̄ncipes papa z impator. si  
 p̄ueniūt siml̄ oīa p̄nt. S̄ si nō p̄ueniūt q̄libz p̄t̄ i  
 sua iurisdictione non i alterius pt̄ate. allegat In

no. in. c. ad abolendā de hereti. z sic impator ē su  
 premus p̄iceps in sua t̄p̄alitate. iuxta illud virgi  
 lianū. diuisū impium cū ioue cesar hēs. ¶ Id̄ vide  
 tur diuisum ipium vt vnus impet in tēporali  
 bus z alter in spūalibus z sic non erit monstrū. qz  
 vident̄ eē duo vicarij diuerso respectu. vn̄ vt pre  
 sit tēporalibus z alter vt presit spūalibus. ¶ Preter  
 ea ipator ē mūdi dñs. vt. l. de precatio eudemonis  
 ff. ad. l. Rod. de Jac. l. i. in. v̄si. n̄ri or̄bis. C. d̄ rap.  
 vir. ¶ Dia enim sunt p̄ncipis. l. bene a zenone. C.  
 de quad. prescrip. l. ii. §. merito z. §. si quis a p̄ncipe  
 ff. ne quid in loco publico rem meam p̄t̄ alteri da  
 re vt. l. item si liberatū. ff. de rei uendi. l. lutiū. ff.  
 de euict. populus enim ei z in eū oē suum impium  
 z potestatem concessit z transtulit instit. de iur̄ na  
 tura. §. s̄z quod p̄m. l. ij. §. igit̄. C. de uet. iur. enu  
 clea. l. ij. §. igit̄. ff. de orig. iur. z eum in dñm elegit  
 ¶ Nam in veteri testō legimus q̄ populus elegit p̄n  
 cipem. ut in saul apparet primo regum. c. ix. z viii.  
 q. i. c. moyses. xc. di. c. legimus. sicut collegiū siue  
 capitulū prelatū. c. cū eccl̄esia valterana. z. c. i. de  
 ellec. necessarium eniz est p̄ vnū rei publice prou  
 deri. l. ij. §. nouissime. ff. d̄ orig. iur. vij. q. i. c. i. api  
 bus. ¶ Nā multi de facili dissentiunt. l. si unus. §.  
 p̄ncipaliter. ff. de arbi. z si sunt multi erunt mul  
 ta capita quasi monstrum. c. q̄to de off. ordi. sub  
 eo enim sunt oēs nationes. xi. q. i. §. hec si quis to  
 tius or̄bis obtinet monarchiā. xi. q. i. c. futuraz  
 in v̄. totius or̄bis monarchiā. ¶ Preterea faciat  
 l. in. prin. C. de veter. iur. enucle. vbi dicitur no  
 bis a diuina maiestate traditū ē imperiū. ergo nō  
 ē traditū a papa. Sacerdotiuz. eniz z impium ex eo  
 dem fonte procedunt i auct. quō oportet ep̄os in  
 prin. in auct. de non alie. §. sancimus. ¶ Nam deus  
 misit impatorem legem animatā in terris i auct.  
 de consulibus. §. si. col. iij. z ideo deus de celo im  
 perium constituit vt difficilius legem imponat. z  
 humano generi distribuatur vt i auct. de fid. instru  
 §. quia igitur. coll. vi. z sic cū a deo fuerit institu  
 tum imperiū quia nec est potestas nisi a deo ut. c.  
 pro humani. §. de homicid. li. vi. q̄ ei resistit dei or  
 dinationi resistit. Qui enim preceptum impato  
 r̄z contēnit iudicium sibi acquirit. z inter homies  
 penam luit z apud deum frontem non habz. xi. q.  
 i. c. imperatores omnia enim sibi licent z sua sunt  
 vniuersa. l. bene a zenone. C. de quad. prescrip. h̄  
 etiam probatur in. c. per venerabilem qui fil. sint  
 leg. vbi dicitur egregie quod rex Francie de fa  
 cto non recognoscit superiorem quasi dicat q̄ de  
 iur̄ deberet recognoscere ergo sequitur q̄ si pro  
 cessit a deo q̄ non procedit ab eccl̄esia. Et addu  
 ci posset quod scripsit gloriofus Petrus in sua  
 epistola. Deum inquit timete regem honorifi  
 cate. z illi subditi estote omni potestati siue regi  
 tanq̄ p̄cellēti. z ducib̄ ab eo missis in eadē epla.  
 ¶ Preterea faciat. Nam sacrum euangelium ap  
 probavit impiuz Mathei. iij. uel in. c. dum dicit  
 eruiit edictum a cesare augusto ut describeretur  
 vniuersus orbis. z videt̄ q̄ xp̄us recognouit impa  
 torem z adduco quod voluit bar. in. l. hostes. ff. d̄  
 capti. vbi dicit q̄ si quis diceret dñm impatorem  
 nō eē dñs z monarcham forte eēt hereticus. quia  
 diceret contra dēminationem eccl̄e. z s̄ sacz euā  
 gelium z ibi dicit q̄ euangelium approbavit ipiū